



Zdigitalizowano w ramach projektu „OCHRONA I KONSERWACJA CIESZYŃSKIEGO DZIEDZICTWA PIŚMIENNICZEGO”



2007-2010

Wsparcie udzielone przez
Islandię, Liechtenstein oraz Norwegię
poprzez dofinansowanie
ze środków Mechanizmu Finansowego
Europejskiego Obszaru Gospodarczego



Zrealizowano
ze środków
Ministra Kultury
i Dziedzictwa
Narodowego

Epistola P. Antonij Thomae à Soc. S. M. Missionarij Linensis ad Rm. P. M. N.
Patrem Thyrsum Gonzalez Praepositum ejusdem Coetus Generalem,
Pekino 15. Aug. 1697. venit viâ Batavicâ ad Urbem 14. Aug. 1700.
Admodum Reverende Pater Noster.

Veneris alunde cognoscere de statu presenti Missionis Linensis. Rm. P. M. N. V. tuum ex annis libris nuper misis, tum ex relatione belli Civitatis hoc anno confecti, tamen quia series fortè quàm viâ Batavicâ missa breves literae pervenient, his earum rerum, quae illis referuntur, brevem quandam synopsin exhibendam judicavi. Vigente adhuc publica libertate promulgandae divinae legis per totum hoc Linense Imperium Missionarij nostri, singuli in destinatis sibi provinciis rem Christianam strenuè promoverunt sine impedimento: varijs in locis novae ecclesiae sunt aedificatae, alijsque proximè erigendis loca destinata: baptismorum autem numerus, hoc anno circiter sexdecim milia et ultra ascendit: numerantur hujus vice Provinciae subditi, intra chinam laborantes, laudes triginta sex, et tres Coadjutores, digesti per amplissimas Provincias decem; nam de reliquis quinq. Linensibus Provinciis una Cantonensis Provincia Japoniae Operarijs excolitur, et quatuor, scilicet Suchou, Tunnan, Czeichen, Kwamfi, quarum duae priores amplius regnis equiparari possunt, Evangelica praedicatione potius destituta sunt, nondum sufficientibus tantae mœstis, ac terrarum vastitati Operarijs, brevi ad omnes Provincias hujus Evangelicae extendatur, oriturque innumeris illis populis, qui adhuc sedent in tenebris et in umbra mortis. Jam à quingegenis et amplius annis, antequam Tartari occuparent Imperium, in Metropoli Provinciae Suchou Ecclesiam creperant P. Ludovicus Buglius, et P. Gabriel Magellanes, qui primi illuc fidem Christianam inveperant: verum illi inde per Tartaros Pekinum translati ab eo tempore Ecclesiae destituta fuit, stetit tamen, et etiamnum stat, quam ab uno Christiano custodiri ajunt illi, qui rem recentè examinare. Sic, ut spes sit, fore, ut illa Missio tot laboribus inchoata, in integrum restauretur, Missionarijs illuc transmissis. Non solum autem praedictae Provinciae haec Evangelica destituta sunt, sed etiam sunt plurimarum aliarum Provinciarum loca, ad quae nulli unquam Missionarij pervenerunt, nec ulla Religionis Catholicae notitia, et veri hoc anno plusquam trecentas locas peragravi in parte Boreali Chine occidentem versus, haud procul a muro magno Linensium, ubi nulla prorsus Religionis Catholicae erat notitia. Vidimus amplissimas urbes, populosque frequentissimas, et commercio cum Tartaria occidentali celebres sine ulla prorsus veri DEI cognitione. quos scilicet Praedicatores Evangelij nondum perstigerant. Inter ceteras urbes fuit praecipua dicta Nimbia, amplum Emporium in confinibus situm, in quo 40. milia familiarum ajunt numerari: jacet verò illa in vasto, et feracissimo campo inter locos uba Cocum fluvium, habens ad Occidentem altissimos montes, octo circiter locis distans, qui Imperium Linense terminant, et illic impenebrabile reddunt. Conatus tum illic aliqui Christianae Religionis semina relinquere, quae aliquando exulta, ubi Missionariorum copia suggeret, fructu uberem reddant, dentque exordium Ecclesiae illi, ut spero, erigendae. Gubernator Urbis, qui aliquando in urbe Pekini, de lege divina audierat, libros de ea Tartarico idiomate impressos accepit; cum autem ex Metropoli Provinciae Xensi, illuc sit via dierum circiter 15. oppidum frequens, ac valde à mercatoribus visitum. Pater Provana in illa Provincia Missionarius facile illuc excurrat, ubi catechumenorum numerus abundabit. Quoniam verò de hoc rebus planè Apostolici plenus viri sermo est, dici vix potest, ex quo illo tempore, quo tunc Provinciarum Missiones excoluit, quanta celeritate tot distitas regiones, et quo felici animarum fructu peragravit. Unus circiter annis circulo, ex Residentia Kiancheu transijt ad Metropolim Provinciae Honan, longo itinere per asperissimos montes, inde non longè in loco Chucienchi baptizatis viginti

familijs locus erigenda Ecclesia fuit destinatus. Similiter in urbe Gorte baptizatis illic sex centenis, nova Ecclesia fuit à Christianis erecta. Ex eadem Provincia ad Metropolim Provincia Xamsi profectus omnibus Neophitis de more per precepta sacramenta roboratis, inde hinc procul in Civitate Tsemlo multos ad fidem amplectendam adduxit, et inter ceteros unum liberatum cum universa familia. Ex hac Provincia, ad visitandas ejusdem Provincia Xamsi Ecclesias est profectus, ubi quid egerit, et quot baptizavit, adhuc nobis ignotum est. Turnus postmodum ab ea Provincia, discessit in Provinciam Honan, ubi in loco dicto Hope baptizati sunt quadraginta familiae, et locus Ecclesiae erigendae illic attributus; in alijs quatuor locis novas Ecclesias erexit. Exque urbem Gorte duo pagi integri baptizati sunt, in quibus Ecclesiae quoque erectae, plura et distinctius cognoscuntur ex ejus relatione, quae nondum per-
venit; haec enim quae dixi de illo Apostolico viro, ex quibusdam solim epistolarum fragmentis excerpta sunt, quoniam quidem satis est ad cognoscendum, quantis laboribus, et quam amplo anima-
rum fructu, Divinae gloriae augmento, haec vinca sinensis episcopus, et formandum de aliarum Provinciarum fructibus judicium, qui, quibusdam in provinciis jam commemoratis, non minores sunt, quamvis tam longa terrarum spatia decurrere opus non sit. Et verò in Provincia Sequinenti extra Metropolim, in ea parte, quae dependet à Residentia Chimhim, una aut paulo plus anni circulo baptizati sunt sex mille, quatercenteni, nonaginta tres, à Patre Francisco Binto, qui nunc illi in loco rem Christianam administrat; de ceteris verò sigillatim, et distincte ex liberis annis cognosceat Reverendissimus Pater Vester ex quibus colligere potest, quam fructuose per gratiam Alt. Societas vestra in hoc Imperio sinensi operam suam ad anima-
rum cura impendat, et quam fructus esset uberior, si his multis plures, quos desideramus, et expectamus operarii advenirent. Tum res ita prospere fluent pro re Christiana, non vaca-
rimus metu, ex aliqua Imperij Inevadatione, quae ex bello contra Caldannum Regem con-
secuta est, sed modo omnis metus ille abiit, tum reposita ab Imperialibus celebri victoria mense Junio, anni praeteriti, de qua jam eodem anno scripseram, tum ipsius
Caldani morte, quae contigit 4. Maji hujus anni. Hyemem is transegerat circa fines Imperij Occidentem versus una cum reliquis exercitibus profligati, et restaurare res satagebat: eum potissimum jurabat secreti summus Idololatriarum Hordo - Pontifex, quem caeci gentiles id idolum vivum, et immortalem venerantur, quippe Dominus est magnae partis Regni Tibetani. Imperator, ut tempus hoc anno hosti non daret, sub finem februarii rursus contra eum egressus est ad limites Imperij Occidentales, praemissis exercitibus.
Ex hoc quoque anno coactus sum sequi, ob quaestiones literarias, quibus identidem Imperator insistit, tum ob magnam, et fere totalem eclipsem solis, quae mense Aprili in toto Imperio sinensi spectabatur, et quidem totalis in partibus multis China, versus murum magnam juxta quem iter erat ineundum, illic Imperator post aliquot dies in itinere de ea eclipsi sollicitudinem ostendit, valde crebro de ea percontando, ex metu ne totalis esset eo in loco, ubi versaretur: agebat enim, se non moveri in eo aliqua superstitiosa, aut astrologica credulitate, sed quod in totalibus casibus soleant per Chinam infausta pro-
nostica publicari à sinensibus, quae in hoc tempore belli publicae tranquillitati nocere possent. Quotiduum ante eclipsem pervenimus in urbem Nimbia, ubi habundandum erat; evocatus adfuit, illic tempore eclipsos, quam spectabat, et metiebatur instrumento ad eam functionem per idoneos; curavit deinde in exteriori aurea, translato illic instru-
mento, ejusdem formam et mensuram demonstrari Principibus Tatarum Occidentalium.

A Magnatibus ante sua. illud deinde iussus, rebus ad arcem interiorem, cum
 eclipsis ingravesceret, quæ omnino accepit ad totalem, residui tantum quatuordecim, aut
 sexdecim scrupulis luce, prout fuerat antea quantitas isti determinata, et Imperatori
 recensita: qui magnopere letatus fuit, eam non fuisse totalem, neq. stellas apparuisse, aut
 minores planetas: adeoq. omnis ejus sollicitudo de sinensi ad prognosticandum libestete,
 et variis rumoribus evanuit. Dum in urbe Nimbia versaremur sub initium Maji,
 venit legatus, quem longè itinere miserat Imperator, ad quendam Provinciam Tartaricam
 Principem, versus Yarkhanum regnum, et ultra habitantem, Caldano latro huc
 iussus de causis inferentem: sollicitaverat ipsum Imperator, ut Caldannum à tergo suis
 copiis clauderet, cum verò id exequeretur, et multorum dierum itinere copias suas
 promoveret, occurrit ei unus Bonzius, ex ijs quos Lama, singulari nomine appellare
 consueverunt Tartari, missus cum literis à Tibetano pseudo-antistite, vel potius
 à supremo pro hoc ipso administratione rerum temporalium, et partibus regni Tibetani ad
 dictum Bonzionum Principem pertinentium. Literis lectis Princeps sine mora
 mittavit consilium, et cum copiis suis, rebus, unde venerat, rediit, spe omni Imperatoris
 eversa. Legatus rediit, præter hæc nova, quæ retulit, insuper asseveravit, se certam
 notitiam accepisse de morte Tibetani Archi-Antistitis, quem omnis ea gens credit
 immortalē, eumq. à sacris factis impostoribus, mendacissimis Bonzijs per annos sedecim
 hætenus fuisse occultatum. Imperator, ut publicam omnibus hujus imposturæ notitiam
 faceret, coegit legatum Tibetanum, qui aliquot diebus advenerat, coram se, et coram
 Principibus Tartariæ, et omnibus Imperatoris Curia Magnatibus congregatis, fraudem illam
 nequissimam delegare, atq. publicare, qui ut suam reverentiam mitigaret. ferat enim
 unus è primarijs Tibetani cenobij Bonzijs: dixit quidem mortuum esse, sed sedecim
 abhinc annos, sed ejusdem anni curiculo in puero esse renatum, qui jam totidem annos
 ætatis numeraret. Hæc autem farsa eo turpior omnibus apparebat, quod à pluribus
 annis sacrificuli illi, scelerati impostores, literas circulares miserant ad omnes Principes
 Tartariæ nomine sui Budo-Contificij jam defuncti insignitas, quibus ipse fingebat
 nuntiare, se jam terra pestisum velle in locum suum remigrare, et inde Bonzionum
 votis, ac necessitatibus, fidelibus sibi Bonzijs, et Imperio Tartarico sinenti providere.
 Quare eo anno, ut moris est, ad illum placandum, terris propitiandum, atq. forte
 detinendum magna pecunie copia à Principibus transmissa est, et ipse Imperator coniectu
 diem politici secutus 30. libras auri purissimi ad eum miserat, qui tunc temporis jam in
 se pulchro per plures annos erat putrefactus. Imperator per legatum redeunte iterata
 mandata transmisit ad Tibetanum pro pseudo-Contifice administratorem, ut Caldani
 filiam uni Principi Tibetano nuptam sibi traderet, et intueret unum magis hominis
 Bonzionum, qui hujus imperij proditor fuit, pro meritis suis castigandum: nec defuerunt
 aures omnes, quibus se triplici viâ miserum exercitus in regnum Tibetanum minabatur,
 quod utinam aliquando contingat, ad evertendam illam pestilentie cathedram, quæ totum
 hunc orientem confecit. eodem autem tempore, quingentos expeditos equites misit,
 qui aliterum magnum Bonzionum ad Caldannum aliquando transfugum, et per Tartariam
 cum centum equitibus vagantem venarentur, si capiatur sine dubio Begini in frustra
 disperendum. Ea est istorum hominum apud Tartaros occidentales auctoritas, quamvis
 sint vitæ profligata, ut eorum animos quocumq. velint inflectant, falsa religionis facie
 delusos. Eam ob causam Principum illorem filij natu minores non pauci ad Tibetanum

Cenobium eruditioni proficiscuntur, ut suscepto illic habitu, Bonzj magne authoritatis in
 patria vivant, et sacrificiorum licentia ad omnia amplissima perficiantur. Hoc fuit illud
 Caldani, qui deinde sacrificii habitu projecto, vir armis strenuus, regnum Luidanum occupavit,
 et faustis Tibetinorum oraculis, ac promissionibus in eam crevit audaciam, ut Sinese Imperium
 occupare conaretur. Nobis autem in Nimbia una cum exercitibus comorantibus, cum certa
 a transfugis nuntia advenissent, Caldani longius recessum parare, et dilapsis pro inedia exercitiis,
 vix mille apud se equites numerare. Imperator suos exercitus, quos tribus locis expedire habebat,
 ut quocumque fugeret, Caldani persequerentur, et ad editionem coegerent, duplici via in Tartaria
 Occidentalem progredi iussit, sufficienti ad 6. menses annona instructos. Non per Tartariam
 sequentes gregem Troici fluvij iter iniimus Beginum vestus, in eo itinere venit quidam
 a Tanquillano Praefecto exercitus Caldani, missus ad Imperatorem, et nuntians Caldani
 morbo obivisse, seq. brevi venturum cum universa familia ejus, et multis Eutanis, ut se
 Imperatori subijciat. Magna latitudo exceptum fuit nuntium, utpote bello imponens
 finem. Inciderat Caldani in morbum mense Majo, fortasse ex animi dolore, quod sit an,
 quibus memineret, atq. primogenitus filius ejus, puer 14. annorum factus a Principe Praefecto
 Camul regionis et civitatis traditus esset Imperatori, et Begini deneret. Morbus fuit
 unus, aut alterius diei, et 4. Maji sub vespera, post vomitus, et viscerum tortiones extinctus,
 et tota illa ambitionis machina coecidit. Tanquillanus Pater exercitus, missus deputatus,
 ut supra dixi, postea mutavit consilium, et ut suspicatus est, ad Tibetinum Bonzionem
 regnum profugit, illic regis sui cineres, et familiam deportans, quod forte postea justa sani arma
 convectantur. Hinc vero finito hoc bello Tartarico, non solum toti Imperio pax redita est,
 sed insuper ex tunc limitibus illius, ut Tartaria Occidentalis usq. ad Urtim fluvium, propter quem
 habitant ipsi Eutani, ac usq. ad Caspium mare magni Imperatoris pareat mandatis. Casarii etiam
 regnum a Caldano primum subactum, ejusdem jure emancipatum est, item Principatus Turan Camul
 ralis Pater compensavit concessam ab Imperatore divina legis publicam libertatem in universo imperio,
 et editionibus suis, cujus quidem extensione tanta, et firmitate, Evangelio propagando major compo,
 et res religiosioris pro nascente Ecclesia Sinese tranquillitatis extitit; ea autem annis pluribus
 penurante, et crescente operationum copia, longe lateq. Ecclesia sancta deo, sacrificijs fidei, dilata
 bitur: ingentes etiam animarum fructus ea mensura colliguntur, quae potest virorum Apostolicorum,
 quos spiritus sancti ignis, et divinae charitatis ardor accendit, labor et industria. Operum
 neq. ulla obstacula operantibus objecta sunt, neq. termini angustioris cujuspiam regionis praescripti,
 sed veluti novus Orbis terrarum, nullis resistente, quin et ipsi gentilibus Principibus facile
 cooperantibus plenissime apertus. Quibus Dns. Ns. multo ardore charitatis in se penitus trans-
 formatos in hanc suam vineam expectantem transmittere dignetur, ut quoniam tempora
 nunc adjuvant, eorum felicitate utamur, et ea huic nascenti Ecclesiae vires dilatatione
 accrescant, et nulla postea demponem iniquitate extingui possint. Commendo me
 Sanctissimi Sacrificijs Reverenda Admodum Patemitatis Vrae

Pekini 15. Aug. 1697.

Servus humilissimus
 &
 Indignus filius in Ds. Dns.
 Antonius Thomas



ksiaznica@kc-cieszyn.pl